



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

8. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

beratione & ex improviso, non erit excommunicata, arg.
eorum quæ no. per glo. 23 qu. 1. & in alleg. cap. significa-
sti Io. 2. de homici. idem Clava. ubi supra. §. 12.

7. Fallentia.

Septimo fallit in omnibus illis casibus in quibus
Clericus perdit privilegium Clericale, de quibus satis
dixi in fallentijs primæ regulæ, & ibi vide.

8. Fallentia.

Octavo fallit in percutiente Clericum & probabi-
liter ignorante de Clericatu: quia talis excommunica-
tionem non incurrit. cap. si vero 2. de sentent. excommu-
nicationis ut cum credebat eum esse laicum, quia non defere-
bat habitum, vel si habebat, non videbat, quia erat
de nocte, nam secundum Innocen. & Hostien. in alle.
cap. si vero. & cap. cum non ab homine de juri. oportet
ad hoc, ut sit excommunicatus, quod intendat percu-
tere Clericum. Si autem non deferebat habitum & ton-
suram Clericalem, sed sciebat eum esse Clericum, erit
excommunicatus, & si credebat eum esse Clericum,
cum non esset, non erit excommunicatus gl. Inno. &
in alle, cap. si vero. idem Clavas. in versi. excom. 5. §. 24.

21

9. Fallentia,

Nono fallit in invasore sedis Apostolicæ, qui pē-
cunia, vel gratia humana, vel populari seu militari tu-
multu, sine canonica & concordi electione Cardina-
lium, se fecerit in Apostolica sede intronizari: quia li-
citem est Laicis talem inde pellere, ut in cap. si quis pe-
cunia. 79 distinet. & gloss. in cap. principes seculi. 23 qu.
5.

22